



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclvsio LXXVII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

M. L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN
nostram, magis & in misericordia dei, dum nihil criminis no-
bis conscientiam fecisse, & iij in horrendum cadent iudicium.

C O N C L V S I O LXXVII.

Quod dicitur, nec si S. Petrus modo papa esset, maiores gra-
tias donari posset, est blasphemia in sanctum Petrum & papam.

C O N C L V S I O LXXVIII.

Dicimus contra, quod etiam iste, & quilibet papa habet
maiores, scilicet euangelium, uirtutes, gratias curationum
&c, ut primo Corinth. duodecimo.

Q V I A in potestate & obedientia papae sunt omnes, qui ista
habent in ecclesia, quod potest mittere quo uoleat, etiam si ipse per-
sonaliter non haberet, ut non dicam, quod bulla coenae, adhuc non
est remissa cum suis casibus. Adhuc maior esset gratia summi pon-
tificis, si has omnes facultates, gratis donaret omnibus Christia-
nis, qui eis egerent. Deinde si sublatis canonibus onerosis, liber-
tate populi Christiani restitueret, & tyrannides officiorum, ac Si-
monum exploderet. Sed haec non sunt forte in potestate eius, inua-
luit enim inimicus, & princeps prouinciarum facta est sub tributo, dextera domini faciet hanc uirtutem, si id dignifuerimus impetrare.

C O N C L V S I O LXXIX.

Dicere crucem armis papalibus insigniter erectam, cru-
ci Christi aequivalere, blasphemia est.

Q V A fronte sunt hi hoiles, quis non uidet: quid non audirent
qui talia audent? His credendae sunt animae, Christi sanguine re-
demptae: Christi crux uiuiscat totum mundum occiso peccato, crux
illa armata largitur quasdam penas remitti, & sic sunt aequalia, poe-
nia aeterna & temporalis. Sed quid precequar portenta oia, quod ex tali
sermone sequuntur, quae nec coelum possit sustinere, ut proferantur?

C O N C L V S I O LXXX.

Rationem reddent episcopi, curati & theologi, qui tales
sermones in populum licere sinunt.

A T timeat potestas ecclesiae, denique errores & offendentes ho-
die factas in sedem Romanam, vindicantem gemino gladio, sed nunc